

dis non potest praesumi:

Quando contractus fuit Ecclesiae favorabilis, vel inter diversas Ecclesias stipulatus fuit post lapsum quadraginta annorum

Beneplacitum Apostolicum praecedere debet rei alienatae traditionem.

Beneplacitum Apostolicum praecedere potest vel etiam subsequi alienationis contractum,

Beneplacitum Apostolicum concedi solet in forma commissoria, nimirum:

Quoniam causae cognitio sumi potest extrajudicialiter, necessarium est ut executor Beneficii S. Sedis bona alienanda verificet, causas alienationis serio et sollicite examinet, et testes et probationes diligenter discutiat.

Notandum dignum est, quod Summus Pontifex

tempus excedat centum annorum vel saltem hominum memoriam superet.

S. Sedis Beneplacitum praesumi potest, modo tamen ex scripturis et instrumentis non appareat praedictas solemnitates non fuisse servatas.

Alias poenae male alienantium incurruntur, quia Beneplacitum S. Sedis constitutum est ad formam et complementum alienationis, sine quo alienatio foret attentata et nulla.

Modo hoc secundo casu apponatur in ipso contractu clausula, *salvo beneplacito Apostolico, nec alio modo*, et rei possessio ante obtentum Beneplacitum in acquirentem non transferatur; si ita fiat, nullae incurruntur poenae, quia alienatio perfecta non fuit.

Dataria Apostolica, sive S. Congregatio Concilii, sive alia Congregatio Episcoporum et Regularium, Ordinario dioecesano facultates opportunas et necessarias concedit, ut tamquam S. Sedis delegatus alienationem permittere et probare possit.

Nam si commissarius, sive executor, ob gratiam, timorem, spem vel lucrum alienationi iniustae consenserit, incurrit in suspensionem ab officio per annum si sit Episcopus, et in excommunicationem si sit clericus minor; quam excommunicationem etiam ille contrahit, qui *dolo vel fraude, aut scienter in detrimentum Ecclesiarum alienationem fieri procuravit aut per sordes vel impressionem, alienationis decretum extorsit*; et Paulus II sancivit ut omnes teneantur ad damnum Ecclesiae illatum reparandum. Bull. *cum in omnibus*.

Alienationes bonorum ecclesiasticorum, etiam sacrilegas, ad religionis necessitati succurrendum et ad fidelium conscientias tutandas, quandoque elementer sanavit.

De peculio clericorum.

Quasi sit *pusilla pecunia*.

Pecuniam, quam filius-familias a paternis rationibus separatam retineat.

Ad illam pusillam pecuniam aliamve rem denotandam, quam clericus habuit ab Ecclesia, vel fructibus bonorum ecclesiasticorum sibi comparavit, cuius, ut servus aut filius familias, non est dominus absolutus, cum debeat, quod suae superest honestae sustentationi, in pauperes erogare aut Ecclesiae restituere.

Nempe: patrimonialia et ecclesiastica.

Quae in privato clerici patrimonio sunt.

Quae illi ab Ecclesia proveniunt.

Patrimoniale et ecclesiasticum.

Omnem pecuniam et omnia bona comprehendit, quae clericus habet ab Ecclesia, ad cuius respectum clericus semper consideratur ut filius familias, quia bonorum sibi ab ea provenientium absolutus dominus numquam fit.

Quae ab Ecclesia, sive a Beneficio ob ipsius titulum Beneficii percipiuntur.

Fructus quos natura simul et hominum cultura producit.

Fructus quos occasione Beneficii ratio civilis instituit.

Alia sunt necessaria ad sustentationem Beneficiati et alia superflua.

Victum, vestitum, habitationem et hospitalitatem ad normam Sacrorum Canonum, non solum erga pauperes et peregrinos, verum quoque erga alios extra-

Peculium sic dictum

Peculium iuxta Romanorum leges significat

Nomen peculii Ecclesia adoptavit

Clericorum bonorum duorum generum esse possunt:

Bona patrimonialia sunt

Bona ecclesiastica sunt

Duo sunt peculia clericorum, nimirum:

Peculium ad mentem Sacrorum Canonum acceptum,

Bona mere ecclesiastica dicuntur

Fructus industriales sunt,

Fructus civiles dicuntur,

Inter bona mere ecclesiastica

Sustentatio Beneficiati comprehendit:

neos etiam consanguineos vel amicos, iusta statum et conditionem Beneficiati, ac regionis consuetudinem.

Bona superflua sunt

Quae ad sustentationem non sunt necessaria.

Bona industrialia sunt

Quae clericus ex sua industria, ex ecclesiasticis functionibus sine Beneficio sibi comparavit. Haec quasi patrimonialia communiter appellantur.

Bona parcimonia- lia sunt

Quae resultant ex parcimoniis a clerico factis parcius vivendo, quam suus ferebat status.

Bona mere ecclesiastica propriae sustentationi necessaria pleno iure ad Beneficiatum spectant eodem modo ac si propria et patrimonialia forent,

Quia Beneficium principaliter tam a fundatore quam ab Ecclesia Beneficiato datur, ut dum servit altari, de altare vivat.

Bona mere ecclesiastica et propriae sustentationi superflua, ad Beneficiatum spectant cum onere ea impendendi in pauperes et in usus pios

Quia detracta honesta sustentatione, remanent Christi patrimonium et pauperum, et ita Sacri Canones et institutorum requirunt.

Bona industrialia et parcimonia- lia pleno iure ad Beneficiatum pertinent:

Quia bona industrialia, et parcimonia- lia independentem a Beneficio clerico traduntur, ut merces laboris, qua nemo privandus est, et haec ex titulo honestae sustentationis iam clerico sunt addicta.

Utensilia sacra Archiepiscoporum et Episcoporum post eorum mortem, spectant ad Ecclesiam Metropolitanam vel Cathedrali.

Pius Papa IX sancivit dictis Ecclesiis deberi *mitras, planetas, pluvialia, tunicellas, dalmaticas, sandalia, chirothecas, albas cum cingulis, lineos amictus et his similia; item missalia, gradualia, libros cantus firmi et musicae, libros pontificales, alterum, cui titulus Canon Missae; item calices, patenas, pyxides, ostensoria, thuribula, vasa aquae benedictae cum aspersorio, pelvim cum urceo, vasa sacrorum oleorum et urceolos, una cum pelvibus et tintinnabulo, palmatorias icones pacis, cruces archiepiscopales, candelabra cum cruce pro altaris usu, baculum pastorem, faldistorium aliasque res sacras, sive paramenta sive ornamenta, sive vasa, si quae sunt etiam ex eorum natura usui profano congrua, dummodo non per accidens, sed permanentem divino cul-*

tui, sacrisque functionibus fuerint destinata: exceptis annulis et crucibus pectoralibus etiam cum sacris reliquiis et iis omnibus utensilibus cuiusvis generis, quae legitime probentur ab Episcopis defunctis comparata fuisse bonis ad Ecclesiam non pertinentibus, neque constet Ecclesiae fuisse donata. Bull. Quam illud, anni 1857.

Sacra utensilia proportionaliter dividenda sunt inter eas, nisi constet ex bonis propriis Praelati vel ex bonis unius tantum Ecclesiae fuisse comparata.

Sacra utensilia ex bonis ecclesiasticis praesumuntur comparata.

Si Praelatus duas successive vel simul unitas habuerit Ecclesias,

In dubio an sacra utensilia fuerint acquisita ex bonis propriis Praelati, vel ex bonis ecclesiasticis

Omnium utensilium in quo exprimat quando acquisita fuerint utensilia et an ex redditibus Ecclesiae sint comparata vel non.

Praelatus tenetur conficere inventarium

Per assignationes in vita quam per testamentum in morte: hoc enim casu secundo verendum est, ne redditus Beneficiorum remaneant confusi cum aliis bonis Beneficiati propriis, de quibus disponere potest.

Redditus Beneficiorum honestae sustentationi superflui consultius distribuendi sunt

Beneficiatus ex bonis superfluis potest praedia emere vel thesaurum conflare pro necessitatibus futuris.

In vita Beneficiati si nulli sint pauperes in imminenti necessitate positi

In favorem pauperum vel piorum locorum.

In morte Beneficiatus de bonis superfluis debet testari

Ex Iure Canonico Ecclesia succedit, exclusis haereditibus Beneficiati, et testamentum est irritum.

Si Beneficiatus nullum condat testamentum, vel condat eum dispositione superfluum Beneficii bonorum in causas profanas

Quia Beneficiatus ius habet vivendi ex Beneficio, non tenetur vivere de propriis bonis et proinde potest se compensare.

Beneficiatus licite potest a superfluum cumulo ea detrahere, quae forte prius de bonis propriis, expendit, ut in Beneficio viveret:

Pauperibus in gravi vel extrema necessitate tem- Bona superflua Be-

Beneficiati hoc ordine distribuenda sunt, nempe:

Si Beneficiatus mori contingat, vel Beneficio renunciet

Beneficiatus fructus civiles suos facit usque ad diem mortis vel dimissionis Beneficii:

Fructus inexacti ad successorem in Beneficio pertinent.

Si fructus inexacti ad haeredes Beneficiati, vel ad successorem in Beneficio pertinent, in praxi

Omne quod de inexactis fructibus exposuimus, ad distributiones quotidianas et ad emolumentum

porali constitutis, quos Episcopi et Parochi debent perquirere et caeteri Beneficiati solum venientes excipere: inter ipsos pauperes, seligendos esse magis indigentes ex consanguineis, ex iustis, ex erubescensibus et senibus; non extantibus pauperibus superflua relinquenda esse Ecclesiae a cuius beneficio fuerunt percepta, vel si haec satis abundet, alteri pio loco vel Ecclesiae magis indigenti.

Facit suos omnes fructos naturales et industriales quos collegit, a solo separavit et cum reliquo suo patrimonio commiscuit, dum pendentes et in solo extantes ad Ecclesiam vel successorem pertinent, licet iam sint maturi.

Quia lex fingit huiusmodi fructus singulis diebus et momentis percipi. Ita Alexander III, et S. Congregatio Concilii 19 decemb. 1801).

Alexander III bona omnia intuitu Ecclesiae acquisita et ab antecessore relicta adiudicat Ecclesiae vel successori, non Beneficiati haeredibus. Iulius III fructus inexactos quorumcumque Beneficiorum ad successorem in Beneficio, non ad eius haeredes declarat pertinere, et quia quoadusque non sunt cum Beneficiati patrimonio incorporati, fructuum ecclesiasticorum naturam servant; fructus quos suo tempore Beneficiatus non exigit, tamquam suae sustentationi superflui, tacite remissi et successori relictis videntur, ut iuxta Sacrorum Canonum dispositionem, pro suis necessitatibus vel in pauperum levamen a novo Beneficiato insumantur.

Putamus huius dubitationis solutionem a consuetudine regionum et a prudentis iudicis arbitrio petendam esse. Consuetudo profecto specialis locorum hac in re magnam habet vim cum iuri non adversatur.

Huiusmodi distributiones sive exactae sive inexactae, ad eum pertinent, qui personale servitium exhibuit, aut ad eius haereditatem; nam vere non sunt fructus aut emolumentum Beneficii, sed purum prae-

minum operis aut pura merces laboris, nisi sunt in loco praebendae substitutae.

ta incerta non extenditur.

De Iudiciis Ecclesiasticis.

Divus Paulus: *An nescitis quoniam sancti indicabimus de hoc mundo? Nescitis quoniam Angelos indicabimus? Quanto magis saecularia.* Constat ex traditione, historia et usu perpetuo ab exordiis suis ad haec usque tempora, Ecclesiam per Pastores suos de personis et rebus suis iudicia exercuisse nedum pro foro interno, sed etiam pro externo. Ecclesia est hominum societas a civili societate distincta ob diversitatem obiectorum, mediorum et finis, habet ex iure divino proprium Summum Principem, propriosque magistratus legislativa et executiva potestate ornatos.

Ecclesia iudicariam habet potestatem pro rebus et personis suis.

Nam foret inutile iudicium si iudex vim non haberet iudicatum exequendi. Iudex autem ecclesiasticus iudicatum suum exequitur decernendo poenas nedum spirituales sed etiam temporales et corporales.

Ecclesiae iudicandi potestas coercionem comprehendit:

Poenas spirituales, ut sunt excommunicatio suspensio interdictum, inhabilitas ad Ordines et officia, depositio et degradatio.

Iudex ecclesiasticus iudicatum suum exequitur decernendo

Poenas temporales, ut sunt mulctae, privationes et subtractiones fructuum.

Iudex ecclesiasticus iudicatum suum exequitur decernendo

Poenas corporales, ut sunt ieiunia et alii poenitentiae actus, verbera, carceres et exilium.

Iudex ecclesiasticus iudicatum suum exequitur decernendo

Eum derelinquit, et laicae potestatis brachio tradit.

Si fidelis in profundum iniquitatis est dilapsus

Est, quasi sit *ius dictum*.

Iudicium sic appellatum

Sententiam a iudice latam, et methodum ferendae sententiae, quae a pragmaticis iuris civilis *Procedura* vocatur.

Iudicium duo praecipue significat, nempe:

- Iudicium pro methodo ferendae sententiae acceptum, vel processus iudicialis, defini potest
- In quolibet iudicio duo praecipuae considerari possunt, nempe:
- Ad materiam iudicii pertinent
- Ad formam iudicii pertinent
- Personae quae necessario debent ad iudicium concurrere
- Personae quae in iudicio ex parte iudicis adhiberi solent, plures sunt nempe:
- Personae quae in iudicio ex parte actoris et rei adhiberi solent, sunt:
- Controversia* sive quaestio quae in iudicio proponitur, duplex esse potest, nimirum:
- Causa quae in iudicio deducta est distinguitur a lite
- Causa quae in iudicio deducta est distinguitur ab actione
- Causa quae in iudicio deducta est distinguitur ab instantia
- Prima instantia dicitur perpetua
- Secunda instantia durat ad biennium;
- Legitima disceptatio controversiae inter actorem et reum coram iudice competente causa litis finiendae aut maleficii puniendi suscepta.*
- Materia et forma iudicii.
- Personae et controversia.
- Actus et solemnitates a legibus statutae.
- Sunt *iudex, actor et reus.*
- Assessores, auditores, promotores fiscales, cancellarii, sive notarii, sive secretarii, cursores et executores.*
- Advocati, procuratores et testes.*
- Iuris aut facti*, prout de iure, aut de facto quaeritur; quae in iudicium deducta, appellatur *causa.*
- Quae, tantum post contestatas in iudicio diversas partium opiniones, oritur.
- Quae nihil est aliud quam ius persequendi in iudicio, quod nobis debetur.
- Quae nihil est aliud quam excitatio iudicii per litis contestationem facta, et usque ad sententiam perseverans, ita ut, si appelletur, nova enascatur instantia, quae secunda vocatur.
- Si ad 30 annos durat, licet Tridentinum iubeat inter biennium causas terminari, quod in praxi accipitur uti consilium non uti praeceptum.
- Ita ut primus annus detur ad causam committendam, secundus ad eam terminandam: at iudex ex iusta causa maiorem saepe concedit dilationem.

- Actoris petitio, negatio rei, probatio actionis sive iudicis instructio, sententia et eius executio.* Et huiusmodi actus appellantur *iudiciales.*
- Illae cautelae, sive regulae a iure sancita pro recto iudiciorum ordine, ut breviori, quo fieri potest, tempore et minoribus expensis, iudex ad veritatis et iustitiae cognitionem deveniant, et liti finis imponatur.
- Ut omissae solemnitates, proceduram vitiosam, nullam ac frustatoriam reddant.
- Ita ut omissae solemnitates, proceduram non vitiant.
- Quod coram Iudice ecclesiastico et circa personas resque ecclesiasticas versatur.
- Quod coram iudice laico et circa personas resque saeculares exercetur.
- Illud in quo causa civilis vertitur.
- Illud in quo causa criminalis vertitur.
- Ubi principaliter agitur ad commodum privatum, sive actio proveniat ex contractu, sive ex delicto.
- Ubi principaliter agitur ad publicam vindictam, cum actio ex delicto descendit.
- Est illud quod ex civili et criminali actione evenit, ut si ad vindictam et simul ad privatum commodum accusatio proponitur.
- Quod in personam instituitur.
- Quod in rem instituitur.
- Ubi unus actoris, et alius rei personam sustinet.
- Ubi uterque simul actoris et rei personam gerit, uti in iudiciis divisoriiis.
- In quo de possessione aut quasi possessione adipiscenda vel retinenda, vel recuperanda, disputatur.
- In quo de dominio et proprietate, aut quocumque iure in re lis movetur.
- Illud est quod intendit in mortem.
- Actus qui ad iudicium pertinent, sunt:
- Solemnitates iudicii sunt
- De solemnitatibus aliae sunt essentielles ita
- De solemnitatibus iudicii, aliae essentielles non sunt,
- Iudicium ecclesiasticum est
- Iudicium saeculare est
- Iudicium civile est
- Iudicium criminale est
- Causa civilis ea dicitur
- Causa criminalis ea dicitur
- Iudicium mixtum
- Iudicium civile personale est
- Iudicium civile reale est
- Iudicium civile simplex dicitur
- Iudicium civile duplex dicitur
- Iudicium civile possessorium vocatur
- Iudicium petitorium vocatur
- Iudicium criminale capitale

- Iudicium criminale non capitale Illud est quod intendit in poenam tantum corporis afflictivam.
- Circa petitorium et possessorium iudicium, illud hic adnotamus Quod utrumque in eadem instantia et coram eodem iudice regulariter potest proponi et cumulari, unaque sententia terminari.
- Quoad formam iudicium ordinarium sive solemnem appellatur Illud in quo omnes iudiciorum solemnitates a legibus positivis praescriptae, sunt observandae.
- Quoad formam iudicium summarium appellatur Illud in quo tantum substantiales formae, observantur, et de plano ac sine strepitu vel figura iudicii, ut dicunt, proceditur.

De Iudicibus.

- Iudex ita vocatus quasi ius dicens, defini potest *Persona legitima et vir bonus, iuris et aequi peritus, de negotiis et controversiis litigatorum cognoscendi et decidendi potestate praeditus.*
- Dicitur in definitione iudicis, persona legitima Quia iudicis persona debet esse a legibus probata; non enim omnes queunt iudicis officio defungi: prohibentur sane infames, excommunicati vitandi, minores anni XVIII, laici in causa spirituali, et regulariter feminae.
- Dicitur in definitione iudicis, bonus vir, scilicet, Prudens, ne nimia notetur severitate aut clementia, constans, ne scelerum turpitudine, aut calamitosorum lachrymis moveatur, et incorruptus, ne odio aut amicitia aut muneribus iudicium ferat.
- Dicitur in definitione iudicis, cognoscendi et decidendi praeditus potestate Sub qua continentur imperium et iurisdictio.
- Imperium consistit In iure puniendi, et iudicatum legemque exequendi.
- Imperium merum dicitur Quod nullam involvit causae cognitionem.
- Imperium mixtum dicitur Quod cum causae cognitione est coniunctum.
- Iurisdictio consistit In iure cognoscendi et pronunciandi, absque puniendi et exequendi facultate.

- Inter volentes sine strepitu iudicii etiam extra proprium territorium exercetur. Iurisdictio voluntaria
- Inter invitos cum causae cognitione, sed tantum in proprio territorio exercetur. Iurisdictio contentiosa
- Descendit ex lege et competit iudici ordinario ratione officii. Iurisdictio ordinaria
- Provenit ex homine, aut a iure ratione commissionis ab homine. Iurisdictio delegata
- Extra territorium ius dicenti impune non paretur.* Effatum iuris circa iurisditionem
- Ille qui suo territorio ratione officii aut magistratus, iure sibi proprio ex lege vel consuetudine, iurisditionem habet. Iudex ordinarius dicitur
- Ille qui aliena iurisditione utitur et habet potestatem iudicandi in causis sibi specialiter commissis. Iudex delegatus est
- Ille qui a partibus eligitur, ut de re inter ipsas partes controversas iudicium ferat. Iudex arbiter est
- Si de re inter ipsas partes controversas, ex legis praescripto, iudicium ferat. Iudex arbiter iuris sive necessarius appellatur
- Si de re inter ipsas partes controversas, ex libero ipsarum partium consensu, iudicium ferat. Iudex arbiter voluntarius dicitur
- Quia si totam iurisditionem delegaret, alium crearet iudicem ordinarium quod absque Principis vel legis auctoritate fieri nequit. Iudex ordinarius partem suae iurisditionis potest delegare, non autem totam iurisditionem:
- Nisi sit delegatus a Summo Principe in casu in quo electa industria personae non appareat. Iudex delegatus non potest suae iurisditionis partem subdelegare
- Quia ordinaria aut mandata utitur iurisditione. Iudex delegatus ad universitatem causarum, non simpliciter delegatus, sed ordinarius dicitur:
- Quia iudex ordinarius iurisditionem habet veluti sibi connaturalem, et iudex delegatus iurisditionem habet tantum accidentalem. Uterque iudex tum ordinarius, tum delegatus, tanquam suspectus potest interdum a litigantibus recusari; attamen facilius et ex leviori causa delegatus quam ordinarius: